



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CLII. Litterae Isarni Episcopi Tolosani quibus Asiliense monasterium sub  
protectione sua suscipit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

1553

## Actorum veterum.

Petri prescripti in die sancte Margarite. Nos vero praescripti donatores cum praedictis omnibus rebus hunc filium nostrum tradimus & donamus Domino Deo & sancto Petro coram testibus, ita ut ab hac die non licet ei collum excutere de sub iugo regulæ, sed magis ejusdem regulæ feliciter se cognoscat instituta servare & Domino cum ceteris gratanti animo militare. Et ut haec nostra traditio inconvulsa permaneat, sub jurejurando coram Deo & sanctis omnibus quia nonquam per nos, nonquam per sufficiam personam, nec quolibet modo per rerum nostrarum facultatem, aliquando egrediendi de monasterio tribuum occasionem. Et ut haec pectio firma permaneat, manu propria subter firmavimus & bonis viris adfirmae rogavimus. Facta haec donatio vel traditio **III.** Idus Iulij anno ab incarnatione Christi **XXIIII.** post millesimo, anno vero quarto Philippi Regis. S. Poncii Comes, S. Adalez Comitis, qui hunc filium nostrum Petrum tradimus cum praedicta hereditate & quantum ibi habemus vel habere debemus pro qualunque voce Domino Deo & sancto Petro praescripto coram testibus. Quod si nos donatores haec donationem irruptere voluerimus, nil nobis valeat, sed componamus praedicta omnia in duplo praedicto conobio. Petrus Presbyter. Ramundus Vgo. S. Bernardus Gausfredus. S. Bernardus Boni filii. Petrus Lobaton. Guillermus Oliba. Adelbrandus Presbyter & monachus, qui hanc traditionem vel donationem scripti & subscripti die & anno quo supra.

## C L.

*Traditio filij ad monasterium Conchense  
in diœcesi Ruthenensi.*

Ex chartu-  
lario mo-  
nasterij  
Conchensis  
cap. 513.

**I**n Dei nomine. Ego Deusdet Terondellus red-  
do & commendo Petrum filium meum Deo &  
sanctæ Fidi & Petro Arnaldo monacho ut teneat  
& nutrit illum usque ad decem annos; & propter  
hunc cestarium unum, qui exit mihi de uno  
quoque modo quem monachus sanctæ Fidis ha-  
buerit de quinque condamini de Clauinacho, do-  
no & laco & sanctæ Fidi & monachis ejus usque  
ad decem annos. Et post decem annos, de duabus  
condamini quas monachus sanctæ Fidis elegit  
dono sanctæ Fidi & Abbatii Begoni & monachis  
tam praesentibus quam futuris illum unum cesta-  
rium qui exibat mihi de unoquoque modo. In  
tali convenientia ut monachus qui tenuerit Clau-  
niacum, praedictum filium teneat in domo sua,  
ut illi temper serviat sicut homo proprius sum. Et  
si utilis fuerit, faciat illum ordinare ad Prebyste-  
rum. Et quando voluerit, faciat illum monachare  
in monasterio. Et si post decem annos filium meus  
monachis sanctæ Fidis noluerit servire & habitare  
cum illis, nihilominus ille meus cestarius remaneat  
monachis sanctæ Fidis. Si vero infra praedictos  
decem annos, qui accipiunt terminum in Misla  
sancti Iuliani, filius meus mortuus fuerit, meus  
cestarius, qui exit mihi de unoquoque modo de  
una condamna quam monachus elegit, rema-  
neat semper sanctæ Fidi in dominio. Facta charta

Tom. II.

mense Augusto, feria secunda, regnante Philippo  
Rege Francorum.

1554

## C L I.

*Adalberti Archiepiscopi Hammaburgensis  
epistola ad Fulconem Abbatem  
Corbeensem.*

**A** Sanctæ Romanae & apostolicæ sedis Lega-  
tus, necnon universarum septentrionalium  
& orientalium nationum Archiepiscopus, Ham-  
maburgensis quoque Ecclesiaz provisor indignus, fiz.  
F. Excellentissimo Patri fidelem orationem & per-  
petuam dilectionem, Geminas, Patrum sanctissime  
me, immo jugiter in Christo amande, causas esse  
complicimus, quibus perfauidentibus amicitiam  
tuam pariter & fidem diu optatam jure extipimus.  
Te enim nobis non modo incremento non indi-  
gens, verum metitio cunctis imitanda virtus tua  
conjungit & copulat; sed & locorum nostrorum  
vetus nos concordia indolubili nodo altrinsecus  
ligat: quia sanctissimus patronus noster Ansarius  
vobiscom conversatus, divina disponente clementia  
nostra fedis primus est inthronizatus Archiepiscopus;  
qui & verbum vite nostris partibus insti-  
lituit, & universitatem Frenorum, Danorum, Sela-  
vorum, Norvegorum, Sueonum, cum curis in-  
numerabilibus ad fidei sacramenta praedicando  
convertit. Quæ quidem apud vos scripta, vobis  
credimus esse notissima. Igitur tantum patrem in-  
ter nos medium ponimus, & ferdus perpetualiter  
observandum tecum inimicus, rogantes ut nostri  
nostrorumque fraternalis & memoria vestro in  
loco habeatur, & vestra funiliter memoria apud  
nos idem fortioratur. Quod quidem facientes, no-  
bis nostrisque temporibus celeberrimum quid at-  
tribuimus, quæ tanto fidei & concordie bono in-  
signia reddimus. Nunciam tunc in proxima affla-  
te nobis dirigito; per quem & cartam omnia haec,  
felicit alternam memoriam & fraternalis titu-  
lum, continentem deflinare memento. Peripsum  
autem reliquias tibi ejusdem sancti patris nostri  
Ansarij & translationem missemus. Vale.

*Littere Isarni Episcopi Tolosani quibus  
Aflisense monasterium sub protectione  
sua suscepit.*

**N**otum sit omnibus hominibus quod Dom-  
inus Dalmatius Narbonensis Archiepisco-  
pus venit in dominum sancti Stephani Aflisenis, &  
ibi honorificè fuit suscepitus. Et dum ipse staret,  
veniens ego Isarnus Tolosanæ sedis Episcopus  
apud praefatum monasterium, multum honorificè  
ibi suscepimus. Ibique dum morarer, rogatus  
sum à jamdicto Archiepiscopo & Abate atque  
à cunctis fratribus ut omnia iura & Ecclesiæ ejus-  
dem monasterij, quæ in meo episcopatu sunt, mea  
auctoritate tuerentur. Quapropter ego jamdictus  
Isarnus Episcopus amore & honore Dei omnia  
iura ejusdem monasterij in mea densificatione susci-  
pimus. FFff

An. 1075.  
Ex archivo  
monasterij  
Aflisenis.

pio, & Ecclesiæ in meo episcopatu adquisitas  
mea auctoritate roborando laude & afflitione, vi-  
delicet Ecclesiæ sancti Martini de Savarat, &  
sancti Felicis, & Ecclesiæ omnes quæ ad domum  
pertinent. Et infuper dono & concedo eidem mo-  
nasterio ut semper liberam habeat potestatem ac-  
quiriendi quidquid possit in omni episcopatu Tol-  
lano pro me & successoribus nostris. Et hoc totum  
factum est in generali capitulo in præfentia supra-  
dicti Archiepiscopi & Abbatis & Poncij Prioris  
& Bernardi Sacrifice & aliorum virorum nobilium  
anno ab incarnatione Domini millesimo septen-  
agesimo quinto, regnante Philippo Rege. Rai-  
mundus Capellanus scriptit.

### C L I I I.

*Pibonis Episcopi Tullenſis littere  
de Ecclesia de Munz.*

An. 1079.  
Ex archivio  
S. Manue-  
ti Tullen-  
fis.

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Pa-  
tris & Filii & Spiritus sancti, Pibo Dei gra-  
tia Leuchorum Episcopus omnibus sanctæ Eccle-  
siæ filii salutem in perpetuum. Quoniam tem-  
pora, quæ semper defluit, & nunquam in eo-  
dem statu permanent, ex longitudine dierum obli-  
vionem parunt, & per oblivionem contentiones  
sepe oriuntur, capropter ad cautelam actiones  
temporum scripturae commendantur, & per scrip-  
turam posteris mandantur. Facile enim retinetur  
quod scripturae commendatur. Notum sit igitur  
præsentibus & futuri temporis hominibus Eccle-  
siæ de Munz antiquitus capellam de Blano exti-  
tuisse, hominèque apud eandem villam de Munz  
commorantes ter in anno, videlicet in Pascha, Pen-  
tecosten, & Natale Domini, ex consuetudine  
apud matrem suam Ecclesiæ de Blano conveniente  
& debitas oblationes Presbytero de Blano ibidem  
persolvere. Verum quoniam huic antiquæ con-  
fuetudini homines ejusdem villa de Munz tem-  
pore nostro obviare conati sunt, per duos annos  
nostra pastorali iustitia & judicio sanctæ Tullen-  
fis Ecclesiæ prædictis hominibus divina sunt inter-  
dicta, donec præsumptionem suam condigna  
satisfactione emendarent. Hac necessitate homines  
de Munz compulsi, dominum suum Duxem  
Theodericum, in cuius manu prædicta villa tunc  
erat, convenerunt, obnoxie precentes ut per eum  
ab hismodi sententiâ absolverentur. Mediane  
igitur Domino Duce Theoderico prædictis ho-  
minibus de Munz ibidem batiferium & liberam  
sepulturam concessimus, & ut deinceps in tribus  
jambiis solemnitatibus ad Blano ire non co-  
gerentur statuimus. Cujus rei compositio cum ad  
aures Domini Theomari, qui tunc temporis præ-  
cer Ecclesiæ beatissimi Mansueti, perveniret,  
consilio sapientum, quos consiliis suis aferiverat,  
huic facto rationabilibus modis contradixit pro-  
eo ne si forte præfata capella licentia Diaconi &  
Archidiaconi mater Ecclesiæ fieret, baptisterium  
& liberam sepulturam haberet, homines de par-  
rochia successores ipsius aliquando ad tecum  
Ecclesiæ cooperiendum provocarent & inquieta-  
rent. Eapropter Dominus Dux præviso in pos-  
terum damno Ecclesiæ sancti Mansueti, & preno-

tata rusticorum quæ fieri poterat inquietatione,  
communi assensu & rogatu Albrici villici & alio-  
rum hominum de Munz, præsente venerabili  
Abbate Theomaro & laudante, statuit ut homi-  
nes de Munz tecum præfata Ecclesiæ, si quan-  
do destrueretur, cum ceteris utensilibus interio-  
ribus, videlicet indumentis, calice, Missali, icar-  
ali repararent. Sic igitur memoratus Abbas  
Theomarus, rogante & instanti supradicto Duce  
ceterisque qui multa ad eum rogandum super hoc  
convererant, eorum petitioni assensum præbuit,  
& quæ sui juris erant in oblationibus trium festi-  
vitatum ad cooperiendum Ecclesiæ tecum in  
auxilium concessit, exceptis panibus oblationum  
earundem festivitatum. Et ne tam noſta quæ  
prædicti Abbatis institutio aliqua posterorum ca-  
lumna vel oblatrantium improbatæ valeat quan-  
doque ullo modo transmutari, hanc cartam con-  
scribi jussimus in signum monumenti, quam etiam  
sub intermissione anathematis impreßione pro-  
priæ imaginis, signis quoque & testimoniis nos-  
trorum censuimus fidelium reborari. S. Pibonis  
Episcopi, S. Theomari Abbatis, S. Theodoricæ  
Ducis, S. VVidrici Abbatis, S. Apri, S. Riguini  
Primicerij, S. Brunonis Archidiaconi & Præpo-  
ſiti, S. Gengulfi, S. Alberoni Cancellarij, S.  
Ogeri sacerdotis ejusdem capellæ de Munz,  
S. Albrici villici ejusdem villa, S. Bencelinii  
Militis subadvocati de Castro Caſtanaj, S. Hum-  
berti Militis ejusdem Caſtri, S. Milonii de Gundicort.  
Acta sum hæc anno ab incarnatione  
Domini M L X X I X. anno ordinationis nostræ xii.  
imperante Henrico III. Duce Lotharingorum  
Theodrico, Comite Tullenſi Raynardo, reg-  
nante per secula Dominino Iesu Christo feliciter.  
Amen.

### C L I V.

*Sancti Anselmi Archiepiscopi Cantuaricensis  
epistola ad Aſserum primum Archie-  
ſcopum Lundensem.*

**A**nfelmus Archiepiscopus Cantuarie re-  
rendo Laudis Ecclesiæ Archiepiscopo At-  
tero falutem & veram amicitiam in Christo.  
Quod me rogas de Domino Albrico Cardinali  
Romana Ecclesiæ libenter feci, cum propter ho-  
norem Romanæ Ecclesiæ, tum propter amorem  
vestrum, pro quo libenter facere volo si quid  
quod placet sanctitati vestre intellexero. Gra-  
tias agimus Deo, qui in regno Danorum vestram  
\* religiōfam ad archiepiscopatum fullimavit. Con-  
fidimus enim quia, gratia Dei cooperante, ea tamen  
qua corrīgenda sunt corrigētis, & qua ædifican-  
da ædificabitis, & qua nutrienda nutritis. Au-  
divimus namque à præfato Cardinali multa bona  
de vobis. Vnde istam habemus fiduciam, & ora-  
mus ut Deus, qui hoc incepit in vobis, ad bonum  
effectum vestram semper perducat voluntate-  
tem. Rogo sanctitatem vestram quatinus reg-  
num illud vestro sancto studio emundetis ab  
apostatis, ut nullus alienigena ibi recipiat ali-  
quem ecclesiasticum ordinem: quia illi qui ab  
Episcopis suis repelluntur, illuc pergunt, & exe-

An. 1094  
Ex veteri  
codice bi-  
bliothecæ  
Collecti-